

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Dissertationem De Coeliaca Passione, Gratioussimae
Facultatis Medicae Indultu**

Kummer, Johann Gabriel

Basileae, 1709

Praefatio.

[urn:nbn:de:bsz:31-41461](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-41461)



P R Æ F A T I O .



*E*ceptissimum est jam à longis temporibus, Lector benevole, ut ii, qui pro impetrandis in Arte Medica supremis honoribus, cathedram conscendere tentant, peculiarem quandam disputationis proponant materiam, quo suum in Arte medicâ studium & profectus, audientium coronâ comprobent. Mibi verò post exantlatâ consueta examina, & concessam publicè disputandi veniam, meditantî, quidnam ex florentissimo Medicinæ campo, amplissimo Asclepiadum Athenæo, tractatu non minus dignum, quàm jucundum decerperem, subito, nec inconcinne se obtulit Fluxus iste dictus Caliacus qui etsi rariùs accideret, non tamen frustra tribuemus ejusdem indagatiõni speculationes, cum hic & similes morbi periculosi, eò magis attonitos reddant Medicam praxin exercentes, quò vel à Practicis negliguntur, aut minus accuratè exponuntur. Quoniam autem hæc nostra in literarum studiis peregrinatio, sine supernâ luce, miserabilis quædam erratio est, dicente Scaligero, DEUM T. O. M. supplicibus veneror precibus, velit Is cœlitus clementiâ suâ nostris adspirare laboribus, quo omnia ad Divini Nominis sui gloriam, & ægotantius salutem cedant.